



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 859. Usque Ad Annum 887

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117875

§. 8. Concilium Tusiacense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66112](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66112)

& Ebbonis Episcopi Gratianopolitani anni Sæculum IX.
 mos sibi adeo devinxit, ut Lupum Abbatem roga-
 verint, ne ægre ferret, si Ado
 nunquam rediret Ferrariam. Concessit
 ei Lopus obedientiæ Benedictionem, id
 est, epistolam regularem, qua petitam li-
 centiam tribuebat, similemque episto-
 lam ab Archiepiscopo Senonensi Venilo-
 ne obtinuit. Itaque impetrato Præposi-
 torum suorum consensu liber Lugduni
 mansit, ubi Remigius ei in Ecclesia S. Ro-
 mani habitaculum constituit. Ecce ve-
 ro, Agilmaro Archiepiscopo Viennensi vi-
 ta functo Ado eodem anno 860. ejusdem
 Successor eligitur. Non defuere, qui
 obssisterent, dicentes, minime decere, ut
 Monachus Gyrovagus tanta Dignitate
 ornaretur. Cumque Gerardus Comes
 & Berta ejus uxor litteras ad Lupum Fer-
 rariensem dedissent, ille Discipulum suum
 ab omni labe immunem, & virum Epi-
 scopatu omnino dignum esse rescripsit.
 Ergo Archiepiscopus Viennensis annos
 natus circiter sexaginta ordinatus, eo-
 dem anno Concilio Tusiacensi inter-
 fuit.

A. C. 860.

Lup. ep. 122.

§. VIII.

Concilium Tusiacense.

Concilio Tusiacensi * initium datum * est Tullense.
 est vigesima secunda Octobris, in secundum,
 quo Canones quinque contra rapinas,
 per-

Sæculum IX. perjuria aliaque crimina, quæ tunc Franciam inundabant, conditi. Velatæ Virgines occulte lapsæ, vel quæ publice nupserint, & Viduæ incontinentes, quæ

6. 2.

luxuriando turpissime in domibus suis vivunt, ita ut etiam quædam filias suas lascivis juvenibus prostituant, usque ad finem vitæ in ergastulis retrusæ pœnitentiam agant. Viri autem, qui vim eis intulerint, & ipsi censura Ecclesiastica ad pœnitentiam constringantur. Principes autem & Judices ab Episcopis rogati eos sua auctoritate adjuvent. Episcopi da-

6. 4.

tis invicem litteris de Excommunicatis certiores se faciant, ut omnes sciant, cum eis non esse communicandum. In Arti-

6. 5.

culo quinto dicunt Episcopi: *Quia plurima loca Deo Sacra & Monasteria a crudeli gente Normannorum incensa & vastata sunt, atque hac occasione multi lascivi Clerici & Monachi relicto Religio- nis habitu vagabundi circum feruntur, volumus, ut ad Disciplinam Episcoporum & Abbatum suorum revertantur.*

p. 707.

Præter Canones promulgata est epistola Synodica ab Hincmaro composita & ad omnes Fideles directa, in qua Bonorum Deo Sacrorum naturam edocentur; atque ab eorum injusta usurpatione, quod vitium tunc erat frequentissimum, & ab omni rapina, abstinere monentur.

§. IX.